



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

2. An teneantur in foro conscientiae iudices, alique ministri quibus dona
concessa sunt animo alliciendi eorum voluntatem, vt intra limites iustitiae
dantibus quoad fieri possit faueant restituere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Sed quia delectum inchoatur fuit tibi non parva ordinaria ceptur, arbitraria tamen puniendus est, vt recte resoluit Ioann. Martiuzo in *diu. delator. & advocat. 3. p. c. 2. 5. in fine.* Menoch. 2. 32. Neque item excusatur eo quod donum acceperit ob ministrandam iustitiam, est enim iudici donis acceptis obsecrato periculum non leue iniustitiam pro iustitia reputandi. Vt docuit Bald. *conf. 2. 1. diu. 5.* quem Boslius sequitur. *lit. de officialib. corruptis. n. 2.* Paris Puteus de *fructu uerbo corruptio.* Couarrui. *reg. peccatum 2. p. 3. n. 1.* Menoch. *d. causa 342. n. 19.* Neque denique excusatur, esto donum datum & receptum fuerit vt celerius negotium expediatur. Ob nullum enim finem honestari potest munus receptio. Sic plures referens Boetius. *q. 153. n. 2.* Menoch. *n. 2.* qui relato Couarrui. in *dicto. §. 3. n. 1.* cenet hoc in euentu datum sepetere posse, neque esse locum. *leg. 2. §. ult. & leg. 3. ff. de condit. ob causam causam.*

§. II.

An teneantur in foro conscientia iudices, alique ministri, quibus dona concessa sunt animo alligandi eorum voluntatem, vt intra limites iustitiae dantibus quoad fieri possit fauant restituere ante sententiam declaratoriam criminis?

- 1 De quo sit questio.
- 2 Non impeditur horum acceptorum dominium in accipientem transferri.
- 3 Non obest iuramentum.

1 **P**ramittimus id quod latius probauimus. *tr. 3. de legib. d. sp. 2. p. 1. n. 1.* non ex eo quod lex actum prohibuerit, eius valorem irritare. Quapropter et questio procedit, an de facto leges rum iuris communitis, tum canonici tum nostri regni translationem domini, impediunt munus receptionem prohibentes.

2 **Q**uia in re probabilius existimo non impediunt huiusmodi dominij translationem, quia irritatio actus, & dominij translatio inducenda non est, quin legibus fuerit manifestissime expressa, at nulla est lex in qua haec irritatio, & translati dominij impeditio continetur, vt expendunt leges erit manifestum, ergo. Atque ita docet Molin. *rr. 2. disp. 88. post med.* Valq. *opus. de restit. cap. 7. dub. 6. n. 61.* Rebell. *2. p. de obig. iust. lib. 18. q. ult. n. 5.* A qua doctrina excipienda sunt: quae recipiuntur a delegatis Sedi Apostolicae ultra praescripta in *cap. statutum de re scriptis in 6.* & a quocunque iudice ordinario, seu delegato visitante, de quibus in *cap. exigis de censib. lib. 6.* Vt aduertit Mol. *disp. 88. §. postsumus, & Rebell. supra. n. 3.* In nostro vero regno nullam video legem, quae hanc obligationem in foro conscientiae astruat, vt fatetur Mol. *Rebell. & Valq. locis citatis.* Neque probandum censeo exceptionem quam Valq. *supra* constituit de secretariis Regis. Nam esto *leg. 1. tit. 18. lib. 2. noue compilat.* dicatur, *sean obligados in foro conscientia las dichas penas, sin que mas sepan ni esperen ser condenados en ellas,* adhuc sententia saltem declaratoria criminis requiritur, quia illa verba in foro conscientiae non tantum ad reddendum munus acceptum, sed ad omnes alias penas ibi praescriptas extenditur, quas sine dubio exequi delinquens non tenetur ante criminis declarationem, vt late probauit *tract. 3. de legib. disp. 2. p. 2. per totum.*

3 **N**eque hic obstat iuramentum, quod iudices, & ministri publici praestant nihil ultra stipendium designatum recipiendi, quia ex hoc iuramento non redduntur inhabiles ad donati acquisitionem, tamen contra iuramentum recipiendo delinquunt. Quinimo esto iuramentum esset de non retinendo accepto (quod tamen non est) non obinde virtute iustitiae, & defectu dominij ad restitutionem obligantur, sed solum ex virtute religionis. Vt bene aduertit Mol. *disp. 88. §. illud admonerim.*

§. III.

An ex dispensatione regis possit aliquis licite munera accipere, & retinere?

- 1 Valide Rex se eximere potest ab obligatione sua legis.
- 2 Placet aliquibus iure naturali esse prohibendum.
- 3 Vera est sententia cum periculum adest ob eam receptionem, peruerendi iustitiam.
- 4 Requirit princeps stipendium augere tibi à partibus recipientium non aucto aliis eiusdem muneris.
- 5 Potest Rex iuramentum horum iudicum abrogare.

1 **N**on est dubium te posse à Rege saltem valide ab obligatione iure legis eximi. Nam ex eo quod voluntatem habeat ne sub ea lege comprehendaris ab illius obligatione exemptus es. Quare eo in euentu recipiens munera aduersus legem regiam non delinquis.

2 **S**ed ad aduersus legem naturalem delinquis? Difficultate non caret ob periculum quod ex muneribus acceptis insurgit indebitae iustitiam ministrandi. Ideoque Mercado in *sum. lib. 6. cap. 16.*

reputat hanc receptionem iure naturali tibi esse prohibitam. Placet tamen sententia Valq. *opus. de restit. cap. 7. dub. 2.* dicentis spectato iure naturali eam receptionem tibi esse prohibitam eo in euentu tantum quod fuerit periculum iustitiam indebitae ministrandi. Cum autem contingere possit (est raro) nullum adest periculum, sed te liberum, & expeditum esse, ac si munera non accepisses ad ferendum iudicium nequaquam eo in euentu recipiendo munera peccabis.

Ilud certius est non posse Regem stipendium tibi augere recipiendum à partibus non aucto stipendio aliis eiusdem muneris & officij. Nam si reliquorum labor & industria ad aequalitatem soluitur centum aureis, v.g. tuusque labor, & industria aliorum labori, & industria praestantior non est, maiori summa digna non erit ac proinde iniuste & cum obligatione restituendi erigitur, pretium namque siue ex Rege, siue ex conuentione hominum omnibus rebus eiusdem ordinis aequali esse debet. Sic Mercado, & Vazq. *loc. cit.*

Ex his deciditur posse Regem iuramentum horum iudicum, & ministrorum abrogare, nam abrogatione seu dispensatione facta in lege, iuramentum corruit quod erat de illius obseruatione. Vt bene aduertit Vazq. *opus. de restit. c. 7. dub. 8.*

§. IV.

quae probatio sufficiat, vt iudex tanquam corruptus damnetur?

- 1 Per datorem munerum probatio fieri potest.
- 2 Iure nostro regio tribus rebus singularibus plena probatio inducitur.
- 3 Quales debeant esse hi testes.
- 4 Probandum est esse omni exceptione maiores.
- 5 His rebus singularibus addenda est alia singularis.

Placet praedictis hanc questionem adicere, de qua *in 6. v. g. tit. 9. lib. 3. noua collecti.* ubi cum admittitur probatio tum per ipsum corruptum, & delicti socium tum per testes singulares. Nam esto iure communi spectato sentiat Menoch. alios referens. *lib. 2. de arbitrar. causa. 47.* in fine, hoc delictum non probari per iuramentum eius qui munera dedit, tamen hoc intelligendum est de probatione perfecta, at de imperfecta probatione dubium esse non debet per iuramentum eius qui munera dedit probationem confecti posse. Nam in his delictis quoque etiam & ceteris committi solent, ideoque sunt difficilis probationis vt est praesens delictum, probatio quae alioquin idonea non est idonea censetur ex doctrina Bart. *in leg. in illa stipulatione in 2. ff. de verb. obligat. quem ibi sequitur Iason. 17. & 18. adbo.* que in nostro regno statuitur hoc delictum probari posse per iuramentum eius qui munera dedit non quidem perfecte, nec diu semiplene, sed imperfecte & aequaliter, addita quae alia probatione quae vitium praedictae supplet damnnari poterit.

Ob eandem causam statuitur in *dicta leg. 6.* tres testes singulares admittebant esse ad plenam delicti probationem, nam esse regu are fit in plena delicti probatione saltem duos testes debere esse concordantes. *leg. ubi numerus ff. de rebus actum ob dilectum huius delicti probationem permittitur vt ea concordia numero testium suppletur, sicuti saepe eo numero testium suppletur, sicuti saepe eo numero qualitas testium suppletur teste Alexand. *conf. 5. lib. 1.* Bernard Diaz. *reg. 7. 46. fallent. 19.* Atque ita in praesenti notauit Auendaño. *tract. prator. l. 1. cap. 2. n. 15.* Accedendo in *d. leg. regia 6. n. 5.**

Hi autem testes singulares vt plenam fidem faciant debent esse omni exceptione maiores. Vt constat ex illis verbis. *Sine de las personas tales que entienda el qualo habiere delictar que son de creer.* Et merito sic statuitur cum debeat horum deponitio testimonium concordia suppleri, & iudici grauius delictum adhiberi. Neque huic maiori obstat, quod ipsi in Barataria interueniant, vt supponitur in *dicta lege*, dum modo proletemur nihil lucrum, nullamque commodum velle ex ea deponitio, & in delictis condemnatione percipere. Sicuti aliis rebus docent Menoch. loquens de crimine viuae. *lib. 2. de arbitrar. causa. 43. n. 23.* Auendaño. *l. 1. prator. cap. 2. n. 19.* Azued. *dicta leg. 6. n. 16.*

Sed est graue dubium an maioritas testium probanda sit, vt supponenda, dum contrarium aliunde non constat. Alia videtur dictam maioritatem praesumendam esse eo quod quilibet presumatur legitimus & idoneus testis, dum contrarium non probetur. *leg. 1. ff. de testibus*, ideoque allegandi legitimam testium incumbit onus probandi. Signum igitur est ex se legitimam praesumi. Nihilominus in praesenti verissimum est iuramentum, & probandum esse testimonium legitimitate, vt ex testibus singularibus probatio plena & perfecta conleat. Sicuti tradit Auendaño. *c. 1. prator. n. 19. v. quarto ex vlt. l. 1. Azued. leg. regia 6. tit. 9. l. 3. n. 16.* Fundamentum est in cito quilibet praesumatur legitimus testis ad regulare probationem facienda, dum contrarium non constat, sed non vt extraordinaria, & irregulare probationem praestitae enim sicut solo beneficio legis praestare quis valet, sic merito ipsa lex legitimam probationem praesumendam exigat, neque eodem est